



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Clericis Conivgatis. Titvlvs II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Appellatio a, quam in scriptis iudici (a quo appellare volebas) te porrexisse proponis, non potest ex eo, quod coram ipso lecta non fuerit, rationabiliter impugnari.

CAP. X.

Index a quo, compellere non potest appellatorem a gravamine, ipsius veritatem probare, licet citare potest ad ipsius revocationem audiendam: qua facta in causa procedere poterit, eius contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset. h. d. Zen.

Idem.

Si b a iudice, a quo (propter gravamen quod tibi proponis illarum) appellas, ad docendum te fore gravatum, & ad audiendam revocationem eiusdem gravaminis (si de ipso docueris) tibi terminus praefigatur. Nec coram eo (cum ipse per se id videre habeat) hoc docere, nec etiam tanquam coram iudice (cum per appellationem sit suspensa ipsius iurisdictione) comparere teneris: Nisi ad hoc solum, ut revocationem ipsam audias, si eam duxerit faciendam: alias si non comparueris, & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit ex tunc liberè in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset.

CAP. XI.

A collatione capituli ad Episcopum appellatur si ut canonicus interfuert: sicut si ut prelatum, h. d. Dominic.

a De institutione appellat. vid. Lapum all. 39. inci. an valeat. & all. 19. in ca. quantum. b Vid. Rot. dec. 7. & 74. in novis.

Idem.

A collatione beneficii, quam communiter per Episcopum & capitulum in tuum praedictum factam esse proponis.

Non a ad ipsum Episcopum (si in ea, ut praelatus interfuert) sed ad superiorem te oportuit appellare. Alias, si ut canonicus interfuisset in ea, potuisti appellare licite ad eundem.

CAP. XII.

Per appellationem interpositam a definitiva, revocari potest interlocutoria principali negotio praedictans: alias non. Io. Andr.

Idem.

Licet ab interlocutoria (per quam pacti vel praescriptio nis, aut alia, principali negotio praedictans, vel iudicium nullum reddens, exceptio est repulsa) non fuerit appellatum, si tamen a definitiva (quae postmodum, etiam ultra decendum promulgatur) appellari contingat, potest in appellationis causa ipsum gravamen per interlocutoriam eandem illatum licite per appellationis iudicem emendari. Vbi verò interlocutoria super eo profertur, quod non parat praedictum negotio principali, vel iudicium nullum reddit, nisi appellatum ab ipsa, per appellationem a definitiva postea interiectam, gravamen illatum nequaquam poterit revocari.

a Vid. Bart. in l. verò. ff. sol. matr. l. secum qui. 4. fin. ff. pro se. Fonta.

F I N I S.



SEXTI DECRETALIVM

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Clericus ioculatoriam artem per annum exercens, si tertiò monitus non desistat, ipso iure perdit privilegium clericale. Ioan. Andr.

Bonifacius Octavus.

Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se ioculatores seu goliardos faciunt aut bufones: si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure a: Si autem tempore breviori, & tertiò moniti non respuerint, careant omni privilegio clericali.

Bonifacius octavus.

Clerici a qui cum uniceis & virginibus contraxerunt (si tonsuram & vestes deserant clericales) privilegium retineant b canonice ab Innocent. Papa II. praedecessore nostro editi in favorem totius ordinis clericalis. Et cum iuxta Parisiense concilium nullus clericus distringi, aut condemnari debeat a iudice seculari: praesenti declaramus edicto, huiusmodi clericos conjugatos pro commissis ab eis excessibus vel delictis, trahi non posse criminaliter aut civiliter ad iudicium seculare: nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (ne per unam viam concedatur eidem iudicibus, quod per aliam denegatur) ullatenus condemnari. In ceteris

DE CLERICIS CONIUGATIS.

TITVLVS II.

CAP. I.

Si clericus conjugatus seriat habitum & tonsuram, clericale privilegio gaudet, alias non. Ioan. Andr.

a Vid. aucten. de sanctiss. Episc. & interdicimus.

a Vide conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 6. b Al. titinens. c Vid. Ale. conf. 8. vol. 3. & Rot. decif. 202. in novis.

Eccc s

autem, vel nisi (ut praemittitur) tonsuram, vel a vestes ferant clericales, etiam in praemissis eos gaudere nolumus privilegio clericali.

DE CLERICIS & NON RESIDENTIBUS
in ecclesia vel praebenda.

TITVLVS III.

CAP. I.

Distributiones quotidiana solum praesentibus, qui interfuit deserviri, dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas recipient, non facient illas suas: Et idem de distributionibus, quae dantur pro anniversariis defunctorum. Ioan. And.

Bonifacius octavus.

Consuetudinem, quae in quibusdam partibus inolevit, quae canonici, & alii beneficiati, seu clerici cathedralium & aliarum collegiarum ecclesiarum, distributiones & quotidianas (quae alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur, & tantum residentibus tribuantur) qualitercumque in civitatibus, seu aliis locis (in quibus ipsae consistunt ecclesiae) sint praesentes, licet divinis officiis non interfuit, ex integro percipiunt, ac si continuè in ipsis ecclesiis, in eisdem officiis deservirent, penitus improbant. Statuimus, ut distributiones ipsae quotidianae, in quibuscumque reb. consistant, canonicis ac aliis beneficiatis, & clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officiis, in ipsis ecclesiis adfuerint, tribuantur juxta ecclesiae cujuslibet ordinationem rationabilem iam factam, seu etiam faciendam. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens ecclesiae utilitas excuset) xerum sic receptorum dominium non acquirat, nec faciat eas suas: imò ad omnium restitutionem, quae contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur.

De distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis largiendis, idem decernimus observandum.

DE PRAEBENDIS ET DIG-
nitatibus.

TITVLVS IV.

CAP. I.

Ad praesentationem religiosorum, etiam exemptorum, non debent in ecclesiis ipsorum rectores institui, nisi primo tantum eisdem assignetur, unde incumbunt onera subire possint, & congruo sustentari: nec valet contraria consuetudo. Ioan. And.

Clemens III. alius quartus e.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut utilitatibus subditorum in illis praecipue, per quas salutem animarum saluti consulitur, nunc novorum editione iurium, nunc antiquorum innovatione sollicitè providere curemus. Sanè fuit olim per sedem Apostolicam providè constitutum, ut dioecesi locorum, ad praesentationem religiosorum nullum ad aliquam ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de proventibus ipsius ecclesiae coram eis fuerit assignatum, unde iura Episcopalia possit solvere, & congruam sustentationem habere. Verum (sicut nobis querela multorum frequens insinuat) religiosi exempti de proventibus parochialium ecclesiarum, in quibus ipsi obtinent patronatus, seu rectorum praesentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt an-

a Aliis, & b Vid. Concil. Trident. sessio. de reform. ca. 1. & sess. 21. cap. 3. & sess. 24. ca. 22. c Vid. Decretum. consil. 250. ubi latè de his quotidiana distributionibus. d aliter, participant. e In veterioribus codicibus constanter legitur, Clemens IV. F. alit. per qua.

nuatim, quòd rectores ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commodè sustentari, & Episcopalis praesentatio perfolvere, ac alia incumbunt eis onera supportare: propter quod saepe contingit, quòd non inveniantur personae idoneae, quae huiusmodi ecclesiae velint recipere, sicq; frequenter minus idoneis conferuntur, eo quo pericula imminere animarum. Nos itaque volentes super hoc salubre remedium adhibere, praesenti decreto statuimus, & mandamus, constitutionem huiusmodi quòd omnes patronos & ecclesiarum, religiosorum tam exemptorum, quam non exemptos, & alios inviolabiliter observari, consuetudine contraria non obstante.

CAP. II.

Beneficia vacantia in curia, alius quam Papa conferre possit: quòd si fecerit, irrita est collatio. Ioan. And.

Idem.

Licet ecclesiarum, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere, ita quòd non solum ipsa cum vacant potest de iure conferre, verum etiam & jus in ipsis tribuere vacantis, collationem tamen beneficiorum, personarum, dignitatum, & beneficiorum apud sedem Apostolicam vacantium, specialius ceteris antiqua consuetudo & Romana Pontificibus reservavit. Nos itaque laudabilem repositam huiusmodi consuetudinem, & eam auctoritate Apostolica approbantes, ac nihilominus volentes ipsam inviolabiliter observari: eadem auctoritate statuimus, ut ecclesias, dignitates, personatus & beneficia, quae apud sedem ipsam deinceps vacare contigerint, aliqui praeter Romanum Pontificem quacumque super hoc sit auctoritate munitus, sive iure ordinariae potestatis ipsorum electio, provisio, seu collatio ad eum pertineat, sive licentia super aliquorum provisione generalis vel etiam specialis (sub quacunque forma & verborum recepte, nisi sit super conferendis eisdem in curia Romana vacantibus specialis & expressa ab ipso Pontifice summo auctoritate attributa) conferre alicui seu aliquibus non praesumat. Nos enim si secus actum seu attentatum fuerit, decernimus irritum & inane.

CAP. III.

Si Papa beneficia vacantia in curia non conferat intra mensem à die vacationis illi, ad quos collatio pertinet, praesentari debent. Ioan. And.

Gregorius X. In Concilio generali Lugdunensi.

Statum felicitis recordationis Clementis praedecessoris nostri de dignitatibus & beneficiis in curia Romana vacantibus nequaquam permissum, quoniam per Romanum Pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum: Ut ii, ad quos eorumdem beneficiorum & dignitatum spectat collatio (licet non obstante praedicto) demum post mensem à die, quòd dignitates seu beneficia ipsa vacaverint numerandorum, ea conferre valeant. Tantummodo per seipsum vel per alios agentibus in remotis per suos vicarios generales in eorum dioecibus existentes, quibus id canonice sit commissum.

CAP. IV.

In beneficiis, vel in imperationibus ad beneficia per provisionem usque ad certam summam pensam non debetur. Per eorumdem provisionem vel discessum non comprehenditur cathedralium. Sed per electionem.

a Alios casus quib. exempti subiant ordinationem, vide infra. cap. 2. de pan. & re. per glo. 201. Pli. Font. b al. ita: verum etiam jus ad ea tribuere vacantis. c Vid. l. ius civile. ff. de iust. & iur. d Decidit, etiam si habeatur collatio non obstante quòd oporteret expressam mentionem de verbo, ad verbum fieri in litteris Apostolicis. Petr. Auct. Dom. & Phil. Font. e Vid. l. ius in electionibus. de fil. voc. do. infra. Font.